



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Hierakosophion

Demetrius <Pepagomenus>

Lvtetiae, 1612

xxi. Si ischiade laboret.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12846

Ad venam ruptam.

Vena canis si forte rumpatur, telam araneam, tomentum, vna cum duobus muribus adures ac teres, vnde deinde cani impones. Rursus tomenti combusti cinerem seorsim venæ imposito, & candenti ferro locum, vnde sanguis fluit, adurito & fluxum sistes.

Si ischiade laboret.

MYeliten lapidem in testa accendito ac comburito, candentē lotio hominis restinguito, & iterum adurito; & post alteram exustionē vinum & acetum misce, ac penna inungito, & accipe craterem, quo sterco gallinæ cum fulca des.

Ad dolores corona seu sedis.

CAnis si quando sedem læserit, fac sis diligenti eum cura habeas, ac tegas, & allij spicas duas, quod potes, purgans ac terens, misce oleo, atque sedem inungito; deinde præparato, in hunc modum infusionem. Piperis grana xx. baccas lauri tres butyri cyathum vnum; simul misce atque has dictas species candenti ferro calefac, & sic canem infundito.